



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

15. S. Leopoldus Austriæ Dux

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

634 XV. Novembris. S. Leopoldi.

Bono delectatio? O dulcis hora, quâ se  
Deus communicat animæ!

*Instrucción meritoria.*

Ut Religiosæ familiæ acquirant è suis  
candidatis plures, & puritate, & morum  
sanctitate insignes Stanislaos, recitemus  
officium de Spiritu Sancto. *Spiritus*  
*sancti templum sumus!* S. Ambros. Pe-  
limus cordis immundicie. Princeps sa-  
culi non habitabit cum foribus: & De-  
us contentus sit? O nostram inurbani-  
tatem!

**Festum S. Leopoldi insignis  
Austriæ Patroni.**

**EXHORTATIUNCULA I.**

**O**ptimus Princeps, qui sibi potens  
Leopoldus talis fuit, qui & sibi, &  
aliis imperavit sanctissimè. Præesse vo-  
lumus? O rem omnium maximè labo-  
riosam! A nobisipsis incipiamus. Re-  
liqua commendemus Deo, & provido  
cœlo. O fili! multi præfunt aliis. At  
sibi cum candela deficiunt. Et hos re-  
putemus magnos? Nobis sit maximus,  
qui



qui sollicitam habet sui curam; qui &  
magnus in Dei oculis.

*Instructio meritoria.*

Ne turpis ambitio cor nostrum præcipiter, excelsas abjiciamus cogitationes, intra Jesu (ò quam humilis!) obscondamus vulnera, & pro acquisitione propriæ displicentiæ Crucifixum de die sæpius exosculemur, cum omni affectu recitantes officium de dulcissimo Corde Jesu, Fons est! hauriamus aquas salientes in vitam æternam.

II.

**D.** Leopoldus omnis pompæ, & mundanæ vanitatis inimicus, compositus, & pudicus, virtuosos honorabat præmiis, inquietos, & insolentes terruit, & repressit suppliciis. Et hæc est semita, quâ incedere solent Sancti. Non sequemur? Fili! necdum virtutem amplectemur, & justitiam? Vel quando oderimus iniquitatem, ac morum immodestiam? Lassati sumus in via iniquitatis: & ultrà serviamus?

*Instructio meritoria.*

Est hominum duplex genus: Piorum;

D d &

636 XV. Novembris. S. Leopoldi.

& verè quærentium Dominum ; iniquorum, & odientium eum. Illi ut in sanctitate crescant ; hi autem ut rece-  
dant à via perditionis, offeramus Deo per manus S. Leopoldi S. Rosarium de Doloribus B. V. Mariæ , memores præ-  
sertim Austriæ alias devotissimæ. Meritò colitur, cuius auxiliis, & assistentia  
indigemus quotidie.

III.

**M**edias inter delicias, atque dilitias erat S. *Leopoldus* nitidissimum temperantiæ, pudicitiæ, & modestiæ angelicæ speculum. Ita legitur in vita S. Leopoldi. Ecce ! fili ! nullibi deest occa-  
sio virtuti, & interiori recollectiōni. Inter pericula non amittere, vel potius au-  
gere pietatis meritum, ars artium est. Ut nummicola non est Christicola ; ita,  
qui rebus in creatis venatur gaudia, in cœlestibus haud inveniet. Spernamus terrena ! spernemus nihil. Non care-  
bimus gaudiis ; sed commutabimus.

*Instructio meritoria.*

Temperantia, puritas, & modestia à  
quām regiæ virtutes ! Abundant earum

;

occa-



occasiones ! captemus avidi ! participes  
ut igitur nos reddamus virtutum adeò  
nobis pro æternitate decertantibus ne-  
cessariarum , de qualibet exerceamus  
actus quatuor in specie , eósque vel in  
libello vitæ spiritualis annotemus , vel  
urnulæ injiciamus complicatos in sche-  
dulis. Pro augmento temperantiæ, pu-  
ritatis, & modestiæ quotidiano adda-  
mus duodecim Pater & Ave cum toti-  
dem Gloria Patri &c. Si Beata Trini-  
tas non dederit, quod optamus, unde  
sperabimus ? Oremus ergo fili ! Habe-  
mus bonum Patrem , Advocatum in  
Christo Jesu , Protectorem in Spiritu  
Sancto.

## Festum S. Edmundi Episcopi Cantuariensis.

### EXHORTATIUNCULA I.

**J**Esum Sodalem, Mariam meruit Spon-  
sam , & adamavit Edmundus : Quid  
melius optabimus , ò fili ! est nobis Je-  
sus à latere : Est & Maria à facie : & non  
agnoscimus ? Quærimus amicos : Ad-  
funt nobis ! Teneamus. Amicitia ve-

Dd 7

ra,